

17<sup>e</sup> 27

# ORATIO

FRATRIS MAXIMILIANI BENIAMINI  
Cremenſis Ordinis Conuentualium S. Franciſci,  
In Secunda Dominica Aduentus Domini.  
M. D. L. X. I.


Ad Illuſtriſſimos, & Reuerendiſſimos Legatos,  
& ceteros Patres Sacri Oecumenici Tridentini Concilii.



R O M A E

Apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem.

Anno Domini. M. D. L. X. I. I.





**Q**UAM Bene sperandum sit Illu-  
 strissimi, ac Reuerendissimi  
 Patres, Antistites vigilantissimis,  
 cuiusvis ordinis Auditoribus ornatissimis, quæquæ pro-  
 lixe de amplissima Seruatoris  
 nostri benignitate, & clemencia,  
 nobis ipsi polliceri possimus:  
 ex his, quæ nobis hodierna die pposita sunt edocenda,  
 & auribus nostris hausimus, satis, atq; super edoceri,  
 neminem vestrum ignorare arbitror. Per faustissimos  
 namq; nuncios vtilia, grata, ac iucunda mortalibus  
 deferuntur, etenim cæcos illuminari, surdos audire,  
 claudos incedere, mortuos resurgere, & pauperes  
 euangelizari: quid lætius, quid iucundius, quid vtilius  
 proponi poterat? Ex quo contemplari licet in credibilem  
 Dei beneficentiam, & omnium nostrum procuratorem  
 eius immensam. Porro si tantæ rei magnitudinini  
 exponendæ, tantum mihi ingenii, tantaq; dicendi  
 facultas esset, quantum obtemperandi studiũ fuit:  
 non dubitarem profecto, singula hæc pro loci, temporis,  
 frequentissimi, ac si vnq; laudatissimi confessus dignitate,  
 & estimatione persequi. Quamuis difficultates  
 aliæ non minores tanto oneri imparem me faciant:  
 temporis angustia, ex itinere in hac horrida hyeme,  
 tum animi, tum corporis defatigatio si cepta. Huc accedit,  
 quod ferè imparatus tantũ negociũ suscepĩ, serius  
 enim, quam res ipsa postulabat, mihi delatũ fuit.  
 attamen (vt res esset habitura) malui multorũ repre-

hensionem subire, q̄ tantā rem denegare iis, qui non so-  
lum corporis, sed animi quoq; mei potestāte oēm pro-  
pmodū habent. Dicam igitur, & breuiter dicā: quin  
potius rem, de qua dicturus sum, paucis perstringā, il-  
lius benignitate fretus, qui dat verbū Euangelizātī, &  
sermonem rectū, ac bene sonantem virtute multa. In  
comprehensibilis ille rerum omnīū parens, & auctor,  
causarū causa, simplicissīma vnitas, veritas ineffabilis,  
summa bonitas, & indeterminata potestas, qui cuncta  
in vnitate implicat, explicat in veritate, effundit per  
bonitatem, cuius centrum, quia vbīq; rei interior, quā  
ipsa sibi, circumferentia, quia extra cuncta existens, ita  
supereminet vnīuersa, vt cuiusq; rei summum apicē di-  
gnitate excellat immensa. Hic, inquam, rerum omnīū  
& officiorum fons, & origo, vt ipse mirabilis, ita admira-  
tione digna rationibus quibusdam incommutabilibus  
æternis, & stabilibus cœterni sibi verbī, ac quodam (vt  
ita dixerim) flatu cœterni S. Spiritus sui, semper ope-  
ratus est, & vsq; modo operatur. Ac primum omnīū  
cum probitatis potestatisq; suæ specimen nobis dare  
constituisset, diuina quadam, & sibi insita vi, rebus om-  
nibus ordine digestis, sic effluxit hominē, vt nihil an-  
tīquius vnquam sibi fuisse videatur. At ipse à muliere  
vitæ sociā impulsus (proh dolor) vxoris affectus. diui-  
no præcepto præferre ausus, ex summa felicitate in se-  
dissimam deuoluitur calamitatem: sapientia exiit: in-  
nocentiæ ornatu spoliatur: ex solo vberissimo, in terrā  
tribulos, sentesq; ferentē pellitur, amarissimē sensatus.  
quantis bonis exciderit, quantas vicissim in ærumnas  
miser inciderit, etiam nunc cum nostro magno ma-  
lo expimur. equidē quis morbos enumeret? quis mor-

riendi

corpōris parte, totum obregens corpus, sic diuersæ hæ-  
resum formæ reperiuntur. In Christo capite, in Ecclesia  
eiusdem domo, in sanctis eius luminibus, in crinibus,  
hoc est, in Ecclesiæ carimoniis hæresis singularis, hære-  
sis generalis: huius sanè lepræ iudiciū, & expiatio so-  
lis sacerdotibus concessa fuit. Surdi audiunt: vt illi au-  
ribus capti esse dicuntur, qui vocum varietates inter-  
noscere non valēt, sic in sacris literis illos surdos cense-  
mus esse, qui intelligunt, & si intelligunt nō obtempe-  
rant: aures suas aggrauauerunt, vt non intelligerent (ait  
Propheta) quamquidē ægritudinem mirandam, an  
potius miserandam dicam, vix scire possum. Reserate  
obsecro aures vestras, qui ad vocem incantantis illas  
obturastis, tunc audietis, & intelligetis. Sic fiet, ut  
non solum auditum recipietis, sed etiam qui per illum  
iam diu mortui estis, ad uitam gratiæ restitueamini per  
Christū, quia ipse est, qui uiuificat. ò morbos: ò vulne-  
ra, quæ hac nostra tempestate vniuersum ferè orbem  
terrarum inuasērunt, grauata sunt, opprimunt, confu-  
sunt. Quando magis tot ægritudines inualuerunt?  
omnia improbitas, intemperantia occupat, omnia à re-  
cto æquitatis, & iustitiæ deuiant, in obliquū tendunt:  
vnicuiq; deniq; omnia licent. Quando vnquam ambir-  
tio petulantior, quando cupiditas inflammator, quan-  
do audacia aduersus pietatem loquendi, disputandi,  
scribendi, aut securior, aut frequentior fuit? quando in  
populis rerum sacrarum, quando sacramentorū, quan-  
do clauium & sanctorum præceptorum, non modo ne-  
gigentia, sed contemptus maior? quando apertius Re-  
ligio nostra, & fides ludibrio, vel tenui plebeculæ fuit?  
Pastoribus grex non obtēperat: Pontificibus Príncipes  
non

non parent, nec Sacerdotes populus veneratur: Templa spoliata: inde Sacerdotes detracti: aræ dirutæ: sacrificia contaminata: cærimonix sublatae sunt. ridentur, & iridentur, qui eas tuentur, & magis qui obseruant: Sed qui habitat in cælis iridebit eos. Sedendū Patres Optimi, & flendum est, dum recordamur Syon illius, quæ in primordiis tam florens, pura, & speciosa fuit, vt omnium credentium esset cor vnum, & anima vna in Domino. At quid dico sedendum? insurgendū potius, acriter instandum, & omnibus viribus agendum, vt scismata, hæreses, scandala, ab Ecclesia Dei tollantur. Pro se quisq; vestrum, quos iam video accensos, & inflammatos ad pericula quæq; subcūda, vel discrimine vitæ suæ: contendite; à grege vestro turbam luporū immanissimam arcete. Vobis non deerit, qui dixit: vobiscum ero vsq; ad cōsumationem sæculi. ille, inquam, vobis aderit: studia vestra fouebit: conatus & vires auget: linguam expeditam faciet: orationi eloquentiā addet: ingenio suppetias feret. Hierusalem hæc mistica, quæ sua vetustate attrita, & corrosa ruinā minatur, à vobis instaurationem expectat: vobis hic labor defertur: vobis hic locus relictus est: vestrum hoc est studium: vestra interest: ad vos spectat. quantum de expectatione vestra detraheretur, si in tantis angustiis, in quibus vnīuersam Ecclesiam constitutam videris, ab officio vestro decedere volueritis. Vos, vos, inquam, vestra sapientia, auctoritate, diligentia potestis prouidere: hac de causa huc conuenistis. Suscipite igitur causam integritatis, fidei, religionis: suscipite causam vestram, & omnium nostrorum capitis Christi, eiusq; vices in terris gerentis. huc Paulus vos adhortatur, sic enim testatum

statum reliquit : attendite vobis, & vniuerso gregi, in  
quo vos Spiritus Sanctus posuit, Episcopos regere Ec-  
clesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. in hanc cu-  
ram, & cogitationem alacrius, & eo lubentius incumbe-  
re debetis, quo maius praesidium in Regibus fortissi-  
mis, & Principibus optimis, & potentissimis constitu-  
tum videtis; qui omnes operam suam auxilium, & auc-  
toritatem pro religione, fideque conseruanda, & ampli-  
ficanda, libere pollicentur : qui quicquid consilio, la-  
bore, ingenio, constantia, & studio possunt : id omne  
uobis promittunt, & deferunt. Tu Pie Pont. Max.  
a Deo tanquam Aaron uocatus, super gentes, & regna  
positus, quem absentem perinde, ac praesentem allo-  
quor : quod cepisti iam perfice. id, quod te facturum  
omnino non dubitamus, quippe quod huc neruos om-  
nes intenderis, & conatus omnes contuleris, qui sa-  
cro sanctum hoc Oecumenicum Concilium indixisti :  
ex omnium Cardinalium catu uiros amplissimos do-  
ctrina clarissimos, uirtutibus illustres, tua fungentes  
potestate huc misisti : tot Episcopos, Abbates, Reli-  
gionum Praefectos, pietate & religione insignes acce-  
dere iussisti. Quorsum tandem? nisi quia, cum de sum-  
ma rerum agatur, aliquando pareres, quod diu parturi-  
eras? Agite igitur praestantissimi Patres, vos metipa-  
sos colligentes considerate, qua de causa patriis, com-  
modis posthabitis, ouibus propriis derelictis, huc co-  
tendistis : quot pericula inter conueniendum subiis-  
tis, & nihil uobis reliqui facietis, quin id omnino  
absoluatis, quod tã diu a uobis vniuersi Orbis terrarum  
anxiis mentibus expectat. Sic cecitas in uisum,  
tenebrae in lucem, surditas in auditum, claudicatio in

rectum incessum, lepram in nitidissimā cutem, mors  
in uitam conuertentur: pauperes, & miserimi illi, qui  
tandiu fame laborant, Euangelicum panem esurien-  
tes, illum alacri animo, quin potius auidi, suscipient,  
quos iam videre videor, nihil magis desiderare, & ex-  
pectare. Tu uero Christe seruator noster in nobis ef-  
fice, quęso, ut sicut omnes nos unam lucem habemus  
unam fidem, unum baptisma, unum Deum, unam spē,  
vnum Spiritum: sic sit commune studium, in vna fide,  
in vno sensu, in vna voce, in vna Charitate: in vna deni-  
que tui, tuorumq; ministrorum permanendi, ac perse-  
uerandi obtemperantia. Vt vna tandem sit Petri do-  
mus a te electa, & dilecta, tantoq; studio complexa.  
Iube quęso, non Ioanni solum per Nuncios deferri,  
sed Germaniæ, Galliæ, Hispaniæ, Italiæ, vniuersæ Eu-  
ropę, nuper adiuuentis orbis partibus, vel exteris qui-  
buscunq; nationibus, a se omnia vulnera obligata esse  
omnes morbos propulsatos, quascunq; agritudines  
delinitas esse, aduersas quaslibet valetudines, & omnia  
tandem mala ad sanitatem restituta esse. Tu, qui sem-  
per mirabilia operatus es; hoc vnum hodierna die a te  
peto, quin totus hic confessus, vniuersa hæc sanctissi-  
morum patrum corona, hoc præsertim mane animi for-  
dibus sanctissima confessione, & sacrosanctæ Eucharis-  
tiæ sumptione expiatis, scelera labe deterfa, summi Pon-  
tificis auctoritate noxa quacumq; dimissa, detecto ca-  
pite, poplitibus humi iacentibus, manibus in cælum  
extensis, profusis lacrimis obsecrat, obtestaturq; vt Ec-  
clesia pristino candori restituta, sine labe, sine ruga,  
propulsatis omnium morborum generibus, valetudi-  
nē integram consequatur. Quod nobis quāprimum  
concedas tu, qui omnis sanitatis es auctor, Dicebam.